

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

VIII. Confirmantur, & declarantur Constitutiones Prædecessorum
Romanorum Pontificum super vetita armorum delatione, retentione, &
venditione. 15. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](#)

ANNO
1752.

BENEDICTUS XIV. AN. XIII.

21 ANNO
1753.

de Sacrementis, de Sépulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux qui ne sont pas soumis à la Constitution Unigenitus. 2. La compétence des Juges laïcs pour s'opposer à tous ces actes de schisme. Tom. I. & II. En France MDCCCLII. Nos, auditis despiciuntur plurim S. R. E. Cardinalium, aliorumque sacrae Theologiae Magistrorum, quos ad prædicti Libri examen delegimus, suffragiis, iisque plene ac mature disculis, de memoratorum Cardinalium consilio, utrumque supra relati Libri tomum, tanquam continentem assertiones falsas, temerarias, scandalosas, piarum aurium offensivas, in Romanos Pontifices, Apostolicam hanc Sanctam Sedem, & Episcopos injuriosas, Ecclesiasticae jurisdictioni derogantes, obedientia Constitutioni Unigenitus ab omnibus sincere debite eversivas, schismati faventes, schismaticas, in errorem inducentes, ac erroneous respecti, auctoritate Apostolica, tenore præsentium damnamus, reprobamus, prohibemus, ipsiusque Libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum, omnibus & singulis Christifidelibus, etiam specifica & individua mentione, & expressione dignis, sub pena excommunicationis per contraiacentes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, prater quam Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutis, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Librum præfatum, seu aliquam illius partem, five Typis impressam, five manu scriptam penes se habuerint, vel in futurum quandocunque habeant, illum, & illam, statim atque presentes Literæ eis innotuerint, Locorum Ordinariis, vel hereticae pravitatis Inquisitoribus tradere, atque confignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri carent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eadem presentes Literæ omnibus faciliter innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Cancelariae Apostolicae, nec non Curia Generalis in Monte Citorio, ac in acie Campi Florae de Urbe, per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; itat sic publicate omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificaretur, & intimate fuisse: Ipsi cum Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, magno alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eamdem prouersus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, que haberetur ipsis prætentibus, si exhibita forent, vel ostenderent.

Publicationis præceptum, ejusque effectus.

Dat. 20. Novembris 1752

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Novembris MDCCCLII. Pontificatus Nostri Anno decimo tertio.

D. Cardinalis Passioneus.

Publicat. eodem die, mense, & anno.

Confirmantur, & declarantur Constitutiones Prædecessorum Romanorum Pontificum super vetita armorum delatione, retentione, & venditione.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

SE CURITATEM, atque tranquillitatem Populorum & Personarum Apostolicae Sedi in temporalibus subjectarum tueri & afferere volentes Prædecessores Nostri Romani Pontifices, non modo severissimas leges adversus homicidia, & cuiuscumque generis vim ediderunt, verum etiam ad ea submovenda, qua hujusmodi delictis facile perpetrantis occasionem & commoditatem præbere posse, omnium armorum ad necem clam & dolose inferendam aptorum delationem, retentionem, & venditionem, gravissimarum poenarum interminatione vetterunt; quemadmodum ex providis felicis recordationis Pii Papæ IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, nonis Martii, & Sancti Pii V. pridie Idus Februarii illius Pontificatus Anno septimo, editis Constitutionibus, patet.

J. 1. Quorum vestigiis inhærens recolenda memoria Prædecessor quoque Noster Alexander Papa VIII. per suam Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo, Idibus Augusti, editam Constitutionem, qua incepit *Etsi cuncta, prædictorum ante se Pontificum Leges atque Sanctiones confirmans & innovans, decrevit & sanxit, nemini cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiarum, etiam speciali mentione seu nota digno, licere in Alma Urbe, ejusque Districtu, & in toto Statu Ecclesiastico tunc sibi & dictæ Sedi tam immediate, quam mediate subjecto, comprehensis etiam quatuor Legionibus, ac Civitatibus Bononiensi, Ferrarensi, Beneventana, aliisque Civitatibus, Terris & Locis, etiam speciale & individua expressionem, & nominationem requirentibus, ejusdem arma in præmissis Constitutionibus expressæ verita, & alia quæcumque brevioris mensura trium Palmorum, illius mensuræ, qua vulgariter denominatur *Canna Romana* ad usum Mercatoris, sub penis laſa Majestatis, & rebellionis irremissibiliter execundis, (exceptis dumtaxat cultellis apertis ad incidentum panem, qui tamen majoris longitudinis unius palmi esse non possent, ac sine cuspidi, & ut vulgo dicitur, *spuntati* esse deberent; nec non aliis instrumentis ad usum propria artis, quam quicunque exercet, necessariis, & in actu exercitii ejusdem artis, & non aliis) deferre, seu domi, aut in Apothecis, vel alibi retinere, sive in ipsum Statum Ecclesiasticum introducere, fabricare, vendere, permutare, aut aliud contractus genus super ipsis inire.*

J. 2. Cumque sub luce hujusmodi, ac prædictum Constitutionum censura, tam Clericos, quam alias omnes & singulas personas Ecclesiasticas etiam quomodolibet exemptas, Sacerdotes, & cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam de necessitate specialiter exprimenti, nec non Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Jerosolymitanæ, Regularis, vel alias immunitate personali quomodolibet gaudentes, comprehendi voluisse, & contra transgressores, si qui etiam ex his reperti fuissent, per Ordinarios Locorum, aliosque competentes Judices, ad majorem poenam,

Certi generis
arma in pu-
blice securi-
tatis exciū
comparata.

Proscripta
sunt a Præ-
decessoribus
Pontificibus,
& præterim
Pio IV., &
S. Pio V.

Horum San-
ctiones inno-
vavit A. exan-
der VIII. &
vetitorum
armorum ge-
nera exactè
distinxit.

Ecclesiasticos
omnes, alio-
que exem-
ptos, iisdem
legibus tene-
ri declaravit.

quam

Statutas poe-
nas incurri
decrevit, li-
cer dolus, &
mala qualis-
tas abesse di-
cerentur.

Nec suffra-
gari patentes
letteras aut
privilegia
quacumque.

Prefatorum
Pontificum
leges influ-
ravit Ce-
mens XII.

Sublata Ju-
dicia faculta-
tate moderan-
do poe-
nas, seu com-
ponendi.

Et reservata
Pontifici cu-
juslibet gra-
tia conce-
ptione.

quam Tribunal Ecclesiasticum pro quocumque gra-
viori, & atroci delicto imponere soleat & valeat,
irremissibiliter procedi mandasset:

S. 3. Hoc insuper decrevit, & declaravit, ut
ad eximendos transgressores a poenis praefatis
minime suffragaret allegare, quod non confa-
ret de dolo, vel mala eorumdem contravenientium
qualitate; nec etiam ad hujusmodi effectum ul-
lae Familiarites, Litterae patentes, & Licen-
tiae concessae, aut concedende, seu Privilegia
cujuslibet Congregationis, Tribunalis, aut Mili-
tiae, seu Judicium, Officialium Militarium, &
Ministrorum, etiam Justitiae, aut Ministerii Came-
ralis, Almæ Domus Lauretanæ, & cuiusvis Ordini-
nis etiam Militaris, Congregationis, Societatis,
& Instituti, aut quarumvis Personarum quacumque
Ecclesiastica, seu mundana dignitate fulgentium,
quidquam prodestant, aut relevant; prout latius
atque distinctius in praecitatis ejusdem Alexandri
Prædecessoris Litteris continetur.

S. 4. Pari justitia zelo, & publicæ quietis
studio incensus sanctæ memorie immediatus
Prædecessor Noster Clemens Papa XII. per suum
anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-
gentesimo trigesimo quarto, Kalendis Februario,
Pontificatus sui Anno quinto, editam Constitu-
tionem, cuius initium est -- *In Supremo iustitiae
Silio*, inter alia, que pro recta Justitia admini-
stratione, ac delictorum coercitione provide con-
stituit, praedictas Pii IV., Pii V., & Alexandri
VIII., aliorumque Antecessorum Litteras & Or-
dinaciones, nec non Edictum Kalendis Januarii
Anni Domini millesimi septingentesimi octavi, de
mandato piae memorie Clementis Papæ XI. pro-
mulgatum, ceteraque Bannimenta eosque publi-
cata, quibus eorumdem, seu aliorum armorum
in Urbe, & Ditione Ecclesiastica praefati
delatio, retentio, introductio, aut venditio, sub
diversis etiam capitalibus poenis prohibentur,
omniisque, & singula in eis contenta, similiiter ap-
probavit & innovavit; Et ne poenarum in ipsis
adversus transgressores statutarum executionem
ullo modo impediri contigeret, quibuscumque
Tribunalibus, Magistratus, & Judicibus, tam
Urbis prefatae, quam aliarum Civitatum, Ter-
rarum, & Locorum eidem Apostolicas Sedi in-
mediata, ac etiam mediatae subjectorum, nec
non quibusvis Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardina-
libus etiam de Latere Legatis, difficitè prohibuit
& interdixit, ne in causis delationis ac reten-
tionis hujusmodi armorum, ulli delinquenti, poe-
nas, quas quomodolibet incurrint, gratiò re-
mitterent, aut componenter, vel in minima etiam
parte moderarentur, sed ea dumtaxat, que sibi
fieri eti juris essent, juxta præcisam formam & dis-
positionem Litterarum, Edicti, & Bannimentorum
hujusmodi decernerent & exequenter.

S. 5. Quod si ex peculiaribus quandoque fa-
cti circumstantiis, vel ex qualitate personarum,
gratia, compositione, aut poena moderationi lo-
cum esse, aequitate ita suadente, prudenter ex-
stiment; voluit nihilominus, neque tunc per
eosdem Magistratus & Judices ad concessionem
gratiae, compositionem, aut moderationem poe-
nas devenerit posse, nisi prævia sua, ac Ro-
manii Pontificis pro tempore existentis expressa
approbatione; sub nullitatibus gestorum, ac omni-
nium inde sequitorum, &, quoad Judices pre-
fatos, sub pecuniaris, aliusque etiam corporali-
bus, suo, & ejusdem Pontificis arbitrio inflig-
endis poenis; & consequenter quibuslibet Car-
dinalium Congregationibus, ac Cardinalibus etiam
de Latere Legatis, quamcumque facultatem,
que ipsis de jure, usu, vel consuetudine, seu
alias quomodolibet competere posset, arbitrandi,
gratiam impertiendi, & compонendi, ac mode-
randi poenas hujusmodi, in dictis causis delatio-
nis, aut retentionis armorum, abrogavit, & re-
vocavit.

S. 6. Et Nos igitur dictorum Prædecessorum
confilium ac prudentiam magnopere commen-
dantes, ejusque necessitatem pro felici Populorum
regimine in dies magis magisque agnoscentes,
præcitas eorum Constitutiones, quarum totos
& integratos tenores presentibus pro insertis de
verbo ad verbum haberi volumus, atque omnes
& singulas dispositiones, prohibitions, declara-
tions, & extensio[n]es in eis contentas, No-
stris Motu proprio, ac certa scientia, per hanc
Nostram perpetuò validitatem Constitutionem, A-
postolica auctoritate approbamus, confirmamus,
& innovamus, & secundum eas, per quoscumque
Judices, ac in omnibus, & singulis earum
dem Urbis, ac Ditionis Tribunalibus, & Curiis,
omino procedi volumus & mandamus.

S. 7. Verum quia in hujusmodi causarum tra-
ditionibus sepe contingit, ut pro parte reo-
rum, ab ipsis, aut ab eorum Advocatis & De-
fensoribus, allegetur, eorum prava intentionem,
seu dolum, in delatione aut retentione armorum
hujusmodi, & personarum malam qualitatem, a
Fisco minime probari; ac, deficientibus ho-
rum probationibus, contendatur, justam & fun-
datam presumptionem bonae qualitatis eisdem Reis
semper affistere; ideoque locum esse aequitati,
quam praecitata Clementis XII. Constitutione in-
nuire videtur, ut scilicet Supremo Principi con-
familium detur pro gratia, aut compositione, seu
moderatione poenae in præmissis Constitutionibus,
Edictis, & Bannimentis respectivè statute; Nos
hujusmodi ratiocinationes, non modo ad reos
a promeritis poenis eximendos, cum pre-
missarum Legum eversione, & publicæ quietis
detrimento, tendentes, verum etiam earundem
Alexandri, & Clementis Constitutionum litteræ,
& spiritu adversantes, de medio tollere, ac de-
bitam earundem Constitutionum observantiam,
& executionem afferentes volentes; Simili mo-
tu, scientia, & auctoritate, ac earundem pres-
entium renore, decernimus, & declaramus,
nil aliud oneris Fisco incumbere ad fundan-
dam actionem suam, pro urgenda, obtinen-
daque condemnatione reorum ad formam dictarum
Constitutionum, quam ut ipsum contraven-
tionis delictum, videlicet delationem, vel reten-
tionem, seu respectivè introductionem, fabrica-
tionem, aut venditionem armorum in supradic-
tis Pii IV., Pii V., Alexandri VIII., & Clementis
XII. Constitutionibus, aliisque edictis, & Banni-
mentis per eosdem Prædecessores confirmatis
& innovatis, vetitorum & proscriptorum, ple-
na & valida probatione contare faciat. Quod si
excipiendo contendatur, eam esse delinquentis
qualitatem, vel tales in peculiari facto circum-
stantias concurrere, que consuendum Nobis, &
Romano Pontifici pro tempore existenti pro grata-
tione, aut compositione, vel moderatione poenae,
merito suadent; onus erit ipsius Rei, seu illius
defensorum, hujusmodi exceptionis subsistentiam,
concludentibus, & juridicis probationibus dem-
onstrare, quemadmodum ipsa Clementis XII.
Constitutio, cum praecedenti Alexandri VIII.
Lege collata, satis aperte indicat; & ne su-
per hoc in posterum hesitari contingat, Nos ea-
rundem tenore præsentium, ejusmodi probationum
adfruendarum onus in ipsis reos, eorumque de-
fensores, expresse refundimus; eoque non adimpl-
to, memoratas exceptions delinquentibus
nullatenus suffragari volumus, quominus omni-
bus, & singulis poenis, etiam laete Majestatis,
& rebellionis, in prefatis Prædecessorum San-
ctionibus constitutis, subjiciantur, & cum effectu
plectantur & puniantur.

S. 8. Sicutque, & non aliter in hujusmodi
causis censerit, atque ita per quoscumque Judi-
ces, Ordinarios & Delegatos, tam in Urbe,
quam in universo Statu Ecclesiastico, etiam Sanctæ
Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere

Lega-

Aliter judi-
cari prohibe-
tur.Fisco nil a-
liud incum-
bit, quæ pro-
bare trans-
gessorum
ad. Confi-
tutionum.Rens alle-
gans bonam
qualitatem,
hanc conclu-
deret pro-
bare tenetur.Controver-
sia excitat
super onere
probandi bo-
nam, aut ma-
lam qualita-
tem reorum.

ANNO
1753.

Legatos, aliosque quoslibet, quacumque præminentia, & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet alteri judicandi & interpretandi facultate, adversus quoscumque in præmissis delinquentes, etiam speciali nota & expressione dignos, prout in prædictatis Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus exprimuntur & nominantur, judicari & definiri debere decernimus & mandamus.

§. 9. Non obstantibus contrariis quorūcumque Tribunalium & Judicium resolutionibus & definitionibus, aut Curiarum usibus, stylis, & consuetudinibus, seu in veteratis Doctorum opinionibus & Sententiis, nec non Urbis præfatae, aliarumve Civitatum, Terrarum, atque Locorum Statutis, seu eorumdem, & quarūcumque Personarum, & Universitatum Privilegijs, Exemptionibus, & Indultis, ceterisque omnibus, que uterque Pius, Alexander, & Clemens Prædecessores predicti suarum Constitutionum observantie, & executioni decreverunt non obstat.

§. 10. Volumus autem, ut præsentium Litterarum exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta Sigillo munitis, eadem fides in iudicio, & extra, ubicumque opus fuerit, habeatur, que ipsi præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur, seu ostenderentur.

§. 11. Nulli ergo omnino Hominum licet patinam hanc Nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, Decreti, declarationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auctu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, decimo octavo Kalendas Februarii, Pontificatus Nostrri Anno Tertiodecimo.

D. Card. Palloneus.

J. Datarius.

Vita de Curia J. C. Boschi.

Loco + plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 3. Februarii 1753.

IX.

In Utinensi Civitate, Collegiata Ecclesia Sancte Mariae Majoris nuncupata in Archiepiscopalem Ecclesiam cum omnibus iuribus, præminentius, ac privilegiis erigitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Suprema dispositione, cuius inscrutabili Providentia ordinationem suscipiunt universa, in supereminenti Apostolice Dignitatis specula, meritis licet imparibus, constituti, illiusque vices in Terris gerentes, qui gloriose regnauit in Caelis, inter ceteras curas humeris nostris incumbentes, illam libenter amplectimur, per quam Nostræ Provisionis ope insignes Collegiate Ecclesia, præfertim in Civitatibus Nobilibus, Populique frequenter conspicuis, dignioribus titulis, scilicet Metropolitanarum Ecclesiarum, illustrentur, & condignis favoribus attollantur; cumque id statui, & decori Ecclesiarum ipsarum maxime congruat, & Nos pro Divini cultus augmentatione, & speciali Christifidelium consolatione, convenire

conspicimus, in his sollicitudinis Nostræ partes favorabiliter interponimus, ac opem, & operam Nostras impendimus efficaces, ut ille per Nostræ vigilante ministrorum, votis gratularentur eventibus, & felicia in spiritualibus suscipiant incrementa. Sequitur narratio suppessionis Patriarchatus Aquilejen., & statuta erectionis duorum Archiepiscopatum, de quibus vid. Tom. XVIII. Conflit. L., ac alias, prout in supradictis litteris Nostris Apostolicis sub Datum pridiè Nonas Julii Pontificatus Nostrri Anno undecimo desuper expeditis, plenius & uberiori continetur.

§. 1. Nos propterea erectioni Archiepiscopatus Utinensis hujusmodi modum & formam impone, eamdemque erectionem per Nos factam Apostolica auctoritate confirmare cupientes, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in Civitate Utinensi valde conspicua, ambitus quinque Miliarium circiter, duplice muro circumdata, ac pluribus aedificiis tam publicis, quam privatis eximiè ornata, Populique frequentia celebri, utpote viginti milium circiter habitatorum numero reserta, inter quos plurima Nobiles Familiae, ex quibus plures quovis tempore tam antiqua Militiae, quam insignioribus Equestribus Ordinibus adscripti fuerunt, & in qua, ut Gouvernator etiam per totam Provinciam, presidet unus Venetus Patritius, qui una cum duobus Judicibus Prætoriis Curiam efformat; novem itidem inibi, præter infrascriptam Collegiatam, reperiuntur Parochiales, & alie intra muros Sæculares Ecclesie, seu Capelle, ac decem viarum, inter quae Domus Presbyterorum Missonis a prædicto Daniele Cardinale, & Patriarcha propriis expensis erecta, & fundata, ac duodecim Mulierum Cœnobia, quorum unum, illud videlicet Sancte Catharina Senensis nuncupata, per eundem Danièle Cardinalem & Patriarcham a fundamentis extructum; & Conservatoria, aliaque Loca Pia, Hospitalia, & Confraternitatum Oratoria, cum Monte Pietatis, & Seminario: Et in eadem Civitate Utinensi, in qua Tribunal Inquisitionis contra Hereticam pravitatem, & Magistratus particulates reperiuntur, convocari solet generalia Provincia Comitia, ideoque digna, ut juremerito Archiepiscopalis Civitatis nomine nuncupari valeat; Sæcularem & Collegiatam Ecclesiam Sancte Mariae Majoris nuncupata, una cum illius Canoniciis & Præbendis, Apostolica auctoritate perpetuo suppressimus, & extinguius, illisque sic suppressis, & extintis, prædictam Collegiatam Ecclesiam, in sua structura valde magnificam, ac undecim nobilissimis Altaribus efformatam, ac sacris paramentis, & utenlibus ad divinum cultum necessariis, & ad Pontificalia exercenda sufficienter instrutam, dignam propterea, ut titulo & honore Archiepiscopalis Ecclesie decoretur, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, ac Beata Virginis Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, necnon Fidei Catholicae exaltationem, & totius Militantis Ecclesie gloriam, in Archiepiscopalem & Metropolitanam Ecclesiam Utinensem nuncupandam, sub titulo Annunciationis ejusdem B. M. V., & in ea Archiepiscopalis, & Metropolitanis Praefulsi Utinensis Sedem, & Provinciae caput, pro uno deinceps Archiepiscopo Utinensi nuncupando, qui Palii, & Crucis usum, aliorum Archiepiscoporum more, necnon ex voluntate, seu permissione Ducis, & Reipublicæ prædictorum benignè decreta, locum, & vocem in Parlamento Generali Forijulli, in prima sede, seu sessione inter Prelatos, habeat, cum suis Capitulo, Sigilo, Arca, Menia Archiepiscopali, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopali, necnon privilegiis, honoribus, & prærogativis, aliis Archiepiscopis debitis, & concessis, ac iuribus, jurisdictionibus, facultatibus, præmi-

Insigniores
Civitatis Utinensis prærogativæ.

Nec non Sæcularis Collegiata Ecclesia S. Mariae Majoris.

Quapropter
Pont. Archi-
episcopalem
Sedem & Ec-
clesiam ibi
erigit cum
omnibus ju-
ribus & præ-
rogativis.

nentis,

Derogatio
contraria.

Fides haben-
da transump-
tus.

Sanctio.

Dat. 15. Ja-
nuarii 1753.

Procurium
Principia e-
numerantur
conditiones,
ut locus ali-
quis Pontificalis
Sedis honore do-
netur.